Hildensheim, qui etiam dampnum[1]) [maxim]um receperunt. Tunc dux
H(einricus) accepit [filiam] in[a]) uxorem ducis de Ceringen[2]). Deinde [rex
Con]radus iterum rediens Ierusalem cum labore [magn]o et commisit
regnum filio suo Henrico [de Rote]nburc. Hoc passaium non poterat habere
[processum], quia rex infirmabatur et reversus est. [Tunc papa] misit pro
eo duos cardinales Octa[vianum] et Iordanem, qui citaverunt eum Rome
[ad conse]crandum. Rex preparabat se ad iter illud [et iterum] in infir-
1152. mitatem decidit et moriebatur [et in B]abenberc est sepul-
[Fridericus 38] an. tus. Post[3]) eum electus [est Fr]idericus dux Swevie[b]), filius
fratris [sui. P]ost[c]) Eugenium papam Anastasius eligitur, tunc Adrianus.
[Anastasius 1 an]. Fridericus dux Swevie, cum electus esset, venit c. 322.
180. Adrianus an. 4, Rome et consecratus est in cesarem a papa Adriano abs-
men. 9. 181. que voluntate Romanorum cum nece multorum hominum.
Allexander an. 22. Adri[ano] mortuo, Allexander eligitur[d]). [Hic[e]) ces]a-
rem excommunicavit, quod uxorem [relique]rat et aliam duxit[f]). Pro eo
[fugav]it cesar apostolicum[g]) et Conradum episcopum de [Menz] et alium
episcopum posuit nomine Cristenen. [Ista di]ssensio inter papam et
cesarem 20 annis [durav]it. Infra hoc tempus fuerunt etiam tres pape unus
post unum cum cesaris voluntate[h]); [hii omne]s obierunt infra hoc[i]) tem-
pus. Eo tempore Albertus [march]io Slavos expugnavit. Hic fuit c. 323.
de[4]) [Branden]burc. Item comes Wernherus percussus fuit[k]) [in una]
navi cum hominibus multis. Hic fuit de Osterburc. [Deinde] cesar Fri-
(dericus) veniens Lumbardiam cum [exercitu] magno et Meylan[l.5]) ob-
sedit. Tunc [illi[m]) de] Meylan pugnabant cum eo et trium[phum[n])
o]btinuerunt, et recessit[o]). Deinde redi[ens cum] exercitu ma- c. 325.
iori et expugnavit[p]) eos, [quod] se subdiderunt gratie sue; tunc
muros [vast]avit et fossata planavit et fere [eos de]leverat[q]). Dux vero
de Brunswich dux[erat] cesari ultra montes 5 milia[6]) militum, [et cum]
reverteretur, rogavit eum[r]), ut ma[neret]; qui noluit. Tunc prosternens se
pedi[bus suis] quasi flendo supplicavit; qui minime cu[ravit].
Tunc dapifer ducis dixit: 'Domine [corona regni venit super pedes
vestros, veniet etiam vobis super caput vestrum'; et sic re]cessit; quod
numquam[s]) ille de Brunswic contra imperatorem postmodum recupera-
vit[d]). Post hoc venit comes Bernhardus de Anehalt in Thuringiam et c. 326.
fregit Meldingen cum magno labore. Deinde langravius cum duce H(ein-
181. rico) irruerunt super Bernhardum comitem et devastaverunt
Lucius papa an. 3. terram[t]) totam usque ad fluvium Sal et Aschirsleibe fre-
gerunt. Tandem dies concordie et terminus positus erat Veneciis

a) 'd. de C. in ux'. B. b) 'frater' ins. sed del. A. c) B sic: 'Fridericus dux Swevie imperavit. Anastasius papa eligitur. Deinde Adrianus. Tunc rex Fridericus Rome veniens et cons.' d) B hic quaedam inserit ex Chr. Min. e) 'Iste papa Allexander' B. f) 'duxerat' B. g) 'fug. eum ces.' B. h) B inserit quaedam ex Chr. Min. et pergit: 'Deinde Urbanus. Post hunc Gregorius. Hii omnes' etc. i) 'inf. tempus sedicionis pape Allexandri et cesaris Friderici' B. k) 'est' B. l) 'Mediolanum' B. m) 'Mediolanenses pugn.' B. n) 'victoriam' B. o) 'ab eis' add. B. p) 'triumphavit et exp. civitatem et muros eius subvertit et omnia ibi vastavit. Dux'. B. q) 'hadde . . vorderft' Chr. Sax. cod. 10. r) deest B. s) 'postea n. i. de Br. dux Heinricus c. imp. rec.' B. t) 'totam provinciam' B.

1) 'se namen oc dar groten schat' (thesaurum) Chr. Sax. 2) Quae sequuntur in Chr. Sax.: 'unde — Engelant' omisit noster cum codice 10. 3) 'Post — sui' addit noster cum cod. 10. Quae ibi sequuntur recte post inserta iudicavit Weiland n. 5, cum haec noster omiserit. 4) 'wan . . . Albrecht Brandeborch den Weneden af' Chr. Sax. 5) Sic cod. 10; 'Allexandria' ceteri codices Chr. Sax. 6) Sic noster cum cod. 10, aliis (50 hundert).